

FRANCISCI  
**MONACELLI**  
EUGUBINI J. U. D.

Protonotarii Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ,  
ac deinde Æsinatis Vicarii Generalis, &c.

**FORMULARIUM**

Legale Practicum

**FORI ECCLESIASTICI,**

IN QUO FORMULÆ DECLARATORIÆ

Censurarum, quibus frequenter in dicto Foro Judices  
utuntur, cum adnotationibus Legalibus practicis, Sacra-  
rum Congregationum responsis sæpè roboratis ac illu-  
stratis, continentur.

*OPUS EPISCOPIS, VICARIIS GENERALIBUS, ALIISQUE  
Jurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus; necnon Confessariis, Parochis,  
Regularibus, cæterisque in eodem Foro versantibus, apprime utile ac necessarium.*

**PARS TERTIA,**

In qua præter Formulas Declaratorias Censurarum, ponuntur aliæ Formulæ,  
tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum,  
tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ  
incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura ad Gubernium  
Ecclesiasticum maxime pertinentia, complectens.



**VENETIIS, MDCCXXXII.**

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



B E N E V O L O  
L E C T O R I .



UID Episcopi, aliive Prælati, eorumque Vicarii: quid Parochi, quid Confessarii in regimine Ecclesiæ valeant, & debeant jure facere, & servare, in prima, & secunda hujus Operis mei Formularii parte, juxta modulum meum, jam habes benevole Lector: qua autem ab eis forma, qua de causa, & quo jure mucro censurarum (qui est nervus disciplinæ Ecclesiasticæ) in foro tractandus, & qua potestate, pharmacove vulnus sanandum, & nexus earundem solvendus sit, hinc in tertia perspicias. An autem hoc, in hac re difficili, probè, & scitè præstiterim, affirmare nolo, nec audeo: tu autem, quod præstandum putas, tuo ingenio (quod donum Dei est) imple, & perfice, induereque animum, quem ipse gero, cæteros adjuvandi.

Ex Formulæ, quas hinc propono, fortassis apud alios non invenies, quia (quod sciam, & viderim) ex DD. forensibus, nullus de his tractavit: tuæ idcirco prudentiæ, & judicio, prout casus, & occasio postulat, corrigenda relinquo.

Stylum simplicem, & planum, qualem materia prærequirit, adhibui: quia

*Res, non verba damus: fructus, non pagina frondes  
Profert. Si cupis has, deteriora cupis.*

nil temerè in medium afferens, nisi primùm Sacrorum Canonum, & deinde DD. fontibus recognitum: nihilque nisi rationi, virtutique consonum, & utile in notis propugnans. Mendis parcito: quia in impressione librorum Argi oculos cœcutire compertum est, & æqui bonique consulto. Hæc tibi prænotasse sat erit. Scias sapere, ut vivere sapias, & valere. Vale.





# FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM

Fori Ecclesiastici .

P A R S T E R T I A .

P R Æ L U D I U M .

## S U M M A R I U M .

- 1 **C**ensura Ecclesiastica quid sit ostenditur.
- 2 Quot sint censurae proprie dicta demonstratur.
- 3 Cessatio à Divinis non est censura.
- 4 Judex Delegatus, qui habet facultatem infligendi censuras, non potest deponere.
- 5 Quid sit excommunicatio ostenditur.
- 6 Excommunicatio dividitur in majorem, & minorem.
- 7 Excommunicatio simpliciter lata, semper intelligitur de majori.  
Excommunicatio non debet inferri nisi in subsidium. ibi.
- 8 Excommunicatio alia fertur à jure, alia fertur ab homine. Excommunicatio hominis quando extinguatur morte ferentis. ibi.
- 9 Excommunicatio quando dicatur lata Sententiae, vel ferenda, ostenditur, & num. 10.
- 11 Excommunicatio debet ferri in scriptis, alias ferens incurrit penas à Monacelli Form. Pars III.

- jure latae, & puniri potest.
- 12 Excommunicationes aliae sunt reservatae, aliae non, & quae sint Pontifici reservatae ostenditur.
- 13 Excommunicationes non reservatae, quae sint enumerantur.  
Fundator Beneficii potest sibi fructus reservare tempore vacationis. ibi.
- 14 Excommunicatio major non reservata, non absolvitur à simplici Confessario, & num. 15. 16. 17. 18. & 19.
- 20 Absolutio excommunicationis obrepta ab habente privilegium absolventi in foro conscientiae, non prodest in foro externo.
- 21 Qui sint effectus excommunicationis majoris ostenditur, & enumerantur, & 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 42. 43. 44.
- 41 Quibus sit licitum communicare cum excommunicato vitando, ostenditur.
- 45 Potestas excommunicandi est à Deo.
- 46 Forma excommunicandi, & excommunicatos vitandi, est ab Ecclesia.

# A P P E N D I C E

## ALLA TERZA PARTE

### DEL FORMULARIO

### LEGALE PRACTICUM

### Del Foro Ecclesiastico .

#### *Delle Lettere Pastorali.*

**S**ono frequenti le occasioni, nelle quali per eccitare i Fedeli, ò alla pietà, e divozione per l'acquisto dell' indulgenze: ò all' esercizio delle buone opere per ajuto, e soccorso de' poveri, e luoghi pii: ò alla penitenza per sospendere, e tener lontano i gastighi dovuti a' peccati commessi: ò per impetrare da Dio con i digiuni, & orazioni, la serenità del Cielo, ò le piogge: o la preservazione de' frutti della terra, o dalla peste, ò da terremoti, ò dalla guerra alla Patria, & alla Christianità: ò pure per altre urgenze, e bisogni della Diocesi, ò della Chie-

sa universale: deve il buon Vescovo scrivere, e pubblicare a' suoi Popoli lettere Pastorali, & oratorie, delle quali si è parlato nella *parte seconda al titolo 15.*

La prima però è quella, che nasce dalla promozione al Vescovato: imperochè seguita, che sia la consecrazione, deve l'electo, con lettera Pastorale diretta al Clero, e Popolo delle Città, e Diocesi, partecipare la sua elezione, e far precorrere in quella i veri sentimenti del suo animo, e la cognizione, ch'egli hà del gravissimo peso, & oblihi, che hà assunti: acciochè i sudditi si preparino à riceverlo, e colle loro orazioni, l'ajutino à portarlo. L'esemplare, e formula di questa lettera può essere la seguente .

N. N. Dei ; & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Civitatis N.

*Venerabilibus Fratribus, & dilectis filiis Clero ; & Populo Civitatibus, & Diocesis, salutem in Domino sempiternam .*

Jerem. 6. **C**hristi Redemptoris Nostri in Terra Vicarius vocavit me in partem  
Isa. 62. sollicitudinis sue, constituens me hodie Sponsum, & Custodem Ec-  
Con. Tr. clesiæ N. & Speculatorem super muros ejus. Terret me onus. Angelicis quippe  
Sess. 6. c. humeris formidandum: & anima mea turbata est valde à sonitu illius Pro-  
1. Sap. 6. pheticæ vocis, quæ pulsat in auribus meis – Judicium durissimum his, qui  
Ecclef. 7. præsumunt, fiet. Verumtamen quia Cathedram honoris, non quæ sibi, neque cor  
Sap. 8. meum me reprehendit: Deus qui humiliat, & exaltat, & sua providen-  
Psal. 118. tia  
1. Apoc. 15. Jo. 10.